

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Phormio

irrisione dicere sane recte facis quoniam nihil times etiam hoc quod dico nihil est. quod quis id nihil sit tamen tibi non est parum molestiae allaturum tui ipse narra. i. refer id quod est. De dicis super quod frater meus narret tibi scelus. i. peccatum suum. Vel uocat phormionem scelus dicendo o scelus. i. o scelerare dicis quod narret tibi id quod tu uis eum narrare. quod non dignaretur homini tam nihil id referre. phor. eho: interiectio hic irridentis dicis tu super a te factum est. i. tu fecisti sedulo i. instanter pro fratre. i. p. defensione fratris tui chremetis. nau. o mi uir. i. mi marite melius est enim ut hoc dicatur chremeti quam phormioni non narras mihi interrogando lege. quod d. non uis mihi narrare quod iste phormio narret. Chre. at. turbatus aliud dicere nequit. Nau. quid at. i. quid tibi uis dicendo at. Chre. non est opus dicto. i. dicere id quod est inter nos. phor. quidem. i. certe non est opus tibi dicto. i. dicere at. i. sed opus est huic uxori tuae scito. i. scire quod a te commissum est. deinde incipit narrare dicens in leno. i. in illa insula. sequitur postea duxit uxor est clam te. i. te nesciente te sed interpositae sunt interlocutiones. Chre. hem interiectio indignatis. quod ais. i. quid dicis? De. non tace; indignando hoc dicit. phor. procedit in narratione. clā te. i. te nesciente duxit uxor est. Chre. hei mihi. i. dolore afficior phor. uxor est duxit est completio clausulae.

Homo dii melius diuit. pho. sic factum. Na. perii Misera. ph. & inde filiam suscepit iam unam dum Tu dormis. ch. quod agimus? Na. ph dii immortales Facinus miserandum & malum. ph. hoc factum est. Na. An quicquam est hodie factum indignius quam mihi ubi ad Uxores uentum est. tum fuerunt senes. demipho te appello Nam me cum hoc ipso discedet loqui: haecce erant Ictiones crebrae & mansiones diutinae leni: haecce inerat quae minuebat nostros fructus utilitas. De. ego nauisistrata esse in hac re culpam meritam non Nego. sed eam quae sit ignoscenda. pho. uerba fuerunt Mortuo. de. nam neque negligentia tua: neque odio id fecit tuo. uiolentus fere ab hinc annos quid dicim Mulierculam eam compressit. unde haec nata est. neque illam Post attigit: ea mortem obiit. e medio abiit quae fuit in Hac re scrupulus. quod obrem te oro ut alia tua facta Sunt aequo animo haec feras. na. quid ego aequo animo Cupio misera in hac re iam defungier. sed quod sperem aetate porro minus peccaturus putem. iam tum erat senex

nos quindecim.

QUIDO. Nau. o mi homo dii melius diuit. i. dii det meliora nobis quam. i. ea quae dicis quae molesta sunt nobis. phor. sic factum est ut dico quae duxit uxor est. Nau. ego misera perii. i. perditam suam. phor. Et inde. i. ex ea uxore suscepit. i. sustulit habuit iam unam filiam. s. phaniū. dū. i. quid diu. tu dormis. i. quid diu non cogitas in eiusmodi rebus. Chre. quid agimus. i. quid dicimus aut facinus siue. quid est faciendum? hoc dicit fratri demiphoni. nau. pro. exclamatio est cum indignatione. o dii immortales facinus hoc est super indignum. i. nefandum & quod fieri non debebat & malum. Alii codices habent miserandum & malum. phor. hoc factum est quod dico confirmat dictum suum. Nau. an quicquam hodie est factum indignius. i. iniquius inonestius quam factum est mihi ubi. i. postquam uentum est ad uxores plures habendas. tun. i. tunc ipsi mariti fuerunt senes. Deinde couertit suum sermonem ad demiphonem inquit. O demipho appello te. i. uel uoco te in testem uel te compello seu alloquor. nam me distaxdet. i. ualde uel plurimum me taxdet loqui cum hoc ipso uiro meo. Haecce. i. utrum haec. i. tales erant ictiones. i. profectiones ab eo is itum itum in o mutata fit ictio itionis. crebrae. i. frequetes. & utrum haec erant mansiones. i. comorationes leni in genituo aduerbialiter. i. apud lenum. Haecce. i. utrum haec erat ea utilitas quae minuebat nostros fructus. i. nostros redditus annuos. De. o nauisistrata ego non nego culpam esse meritam. i. culpam esse commissam in hac re sed eam. i. tale culpam quam sit ignoscenda. i. excusanda phor. uerba fuerunt mortuo. puerbiale est. i. tua uerba sunt futilia & uana atque eiusmodi ut si fieret alicui mortuo. quod uideris alloqui aliquem nihil intelligeret ac nihil sentiret uel ut mortuus nihil sentiret uel intelligere sine puerbio uerba fuerunt chremeti tanquam mortuo. nam postea dicitur est exequas quibus est comodum &c. de. ea culpa ignoscenda. nam neque fecit id. i. non suscepit filiam ex muliere lenia negligentia tui. i. quae negligeret te neque odio tui. quae te prosequeret odio ipse uiolentus. i. ebrius uino obrutus & igurgitatus compressit eam mulierculam ab hinc quindecim annos. i. iam ex eo tempore sunt transacti quindecim anni & est talis modus loquendi qualis in andria ab hinc triennium mulier quae commigrauit huic nostrae uiciniae &c. nam ab hinc dicitur de praeterito & dehinc de futuro compressit ergo